Lingua Dunganica

Lingua Dunganica[1] est una e linguis Sinicis. Dungan gens est Sinica, sed Musulmana, quae in multis terris Mediae Asiae habitat. Nam in Chirgisia circa 52 milia hominum Dunganice loquuntur, in Kazachstania circa 46 milia, in Uzbecia circa tria milia et in Russia circa 500. In Sinis Musulmani Sinicae originis et characteribus Sinicis et abecedario Arabico interdum utuntur. Ad usum linguae Dunganicae Mediae Asiae anno 1927 abecedarium e signis Arabicis elaboratum est, anno 1928 novum abecedarium e litteris Latinis creatum est, sed latinizatione finita solum anno 1953 abecedarium Dunganicum e litteris Cyrillicis creatum est. Toni, quas vocales Dunganicas, sicut Sinenses, habent, et quibus solis inter se vocabula saepe distinguunt, in scriptura Dunganica non significantur; in lexicis vel post vocabulum adduntur (e.g. *банфонзы I–I–II*), vel post syllabam unamquamque litteris superioribus significantur (*бан*^{1}*фон*^{1}*зы*^{2}, in lingua Mandarina 班房子).

Lingua Dunganica **Хуэйзў йүян, җун-ян хуа**	
Taxinomia:	Sinotibetanae Sinicae
Locutores:	c. 100 000
Sigla:	1 , 2 , 3 dng
Status publicus	
Officialis	
Privata	Chirgisia, Kazachstania
Litterae:	Abecedarium Dunganicum
Scriptura:	
Procuratio:	—

Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Notae

1. Cf. binomina *Halictus dunganicus, Biuterina dunganica, Spasskyterina dunganica'.*

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Dunganica&oldid=3499862"

Novissima mutatio die 18 Ianuarii 2020 hora 03:26 facta.